

thet, es Xystarches & Epistates, de umbrâ ipsum ducat ad solem, de sole ad cœlum, de tunicâ ad loricam, de silentio (quod ipsi auscultanti heic fuit proprium) ad clamorem, h. e. ad strepitum dulcem doctæ caveæ. Nutriculæ omnia *dulcia* vovent alumnis, nos *gravia*: illa *emolliunt*, hæc *solidant*. Viris virilia, non viriolæ. Satis votorum, quicquid in, cum & ex Deo voverimus. Quid verò persuasionis, Vobis *Honoratissimi Audituri*, inigemus? *Civis Budissinus* est, quem audiatis, *Consulis filius* est, *probus & eruditus adolescens* est. Ego jam in mentem habeo, quod Consul Romanus *Cicero* scripsit ad *Volumnium* (l. VII. epist. ult.) *Quod declamationibus nostris cares, damni nihil facis*: ast subjunxit, *Sed tamen omnia mihi erunt, si tu veneris, hilariora*. Putate interea, quis enim vos vellet credere? me *Ciceronem* esse, vos *Volumnios*: nuper enim in Vestrum arbitrium compromisi. Ita sernet

Vos|Deus! P.P. Budissæ Lusator. d. IV.

Octobr. anni M DC LXX.

